



**Ioannis De Lvgo Hispalensis, Societatis Iesv, S. R. E. Tit.  
S. Balbinæ Presbyteri Cardinalis, Disputationes  
Scholasticæ, Et Morales De Virtute Fidei Divinæ**

**Lugo, Juan de**

**Lugduni, 1656**

Index Rerum, Quæ In Hoc De Virtute Fidei Divinæ Tractatu Continentur.  
Prior numerus Disputationem indicat, secundus Sectionem, tertius est  
marginalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81031)



# INDEX RERVM,

QUE IN HOC

## DE VIRTUTE FIDEI DIVINÆ

TRACTATV CONTINENTVR.

Prior numerus Disputationem indicat, secundus Sectionem, tertius est marginalis.

A

*Abassini.*



BASSINORVM schisma ab Ecclesia reprobatur, sicut & eorum hæreses. disp. 14. sect. 5. n. 146

*Abbas.*

Abbat, & alij superiores habentes subditos in spiritualibus, sæculares exemptos ab Episcopis, an possint vti facultate Episcopis concessa in decreto Concilij Tridentini. disp. 23. f. 3. n. 57

*Absolutio.*

Absolutio ab hæresi, & excommunicatione ob hæresim contracta, quibus competat. d. 23. f. 3. n. 41. & seqq.

An hæreticus in articulo mortis possit à Sacerdote hæretico Absolui, si non adsit alius Sacerdos. d. 23. f. 3. n. 106

An ab alio, qui Sacerdos non sit, possit Absolui hæreticus moribundus, ab excommunicatione Papæ reservata. ibid. n. 110

In quo alio casu possit quis ab excommunicatione ob hæresim contracta Absolui ab alio, quam ab eo cui erat reservata. ib. n. 116. & 117

*Actu.*

Actus intellectus, & voluntatis non omnes habent obiectum materiale: habent tamen formale. d. 1. f. 2. n. 2

*Adam.*

Adam an habuerit fidem in statu innocentia. d. 17. f. 1. n. 6

*Adoratio.*

Hostia consecrata cur Adoretur absolute, non obstante formidine quæ esse potest de eius consecratione. d. 1. sect. 13. n. 320

*Æquiuocatio.*

Æquiuocatio impropria interuenire potest in colloquio Angelico. disp. 4. sect. 5. num. 74

Verba Æquiuoca quando excusent à mendacio. ibid. n. 76

Vide, *Amphibologia.*

*Alimentum.*

Alimenta hæretico relicta an debeant confiscari. d. 24. f. 1. n. 26

*Amor.*

Quomodo Fides Dei remuneratoti possit conducere ad Amorem Dei, non solum concupiscentiæ, sed etiam beneuolentiæ, & amicitia. d. 12. f. 5. n. 122

*Amphibologia.*

Amphibologiis & æquiuocationibus an vti liceat. d. 4. f. 5. n. 67. & seqq.

Quibus in casibus abstinendum sit ab Æquiuocationibus. ibid.

Amphibologiis absque vlla causa vtens non excusatur à peccato saltem leui. ibid. numero 68

Amphibologiis vtens ex causa, quomodo intendat verum sensum in verbis ambiguis. ibidem num. 71

Vide *Æquiuocatio.*

*Angelus.*

Angeli loquutio in quo formaliter consistat. d. 1. f. 10. n. 199

Angeli vox, & loquutio quid sit. disput. 2. sect. 1. num. 2

An præceptum confitendi fidem obligauerit etiam Angelos in via. d. 14. f. 4. n. 66

Vtrum in Angelis vtriusque fuerit fides. disp. 17. sect. 1. num. 1

*Anima.*

Animæ immortalitas fide explicita necessario credenda. d. 12. f. 5. n. 125

*Apostasia, Apostata.*

Apostasia latè sumpta quid. disp. 18. sect. 4. num. 95

Apostasia à fide quid. ibid.

An ad Apostasiam requiratur recedere totaliter à fide Christiana, an verò sufficiat recedere ex parte. ibid. n. 96

NN n 4

An

# Index Rerum.

An Apostata sit ille, qui semel fidem nostram amplexus est, & adhuc Cathecumenus deferuit eam ante Baptismum. *ibid.* n. 97  
An sufficiat Baptismus semel susceptus, ut aliquis postea appelletur Apostata fidem Catholicam negans. *ibid.* n. 98  
An Apostasia sit species infidelitatis. *ibid.* n. 101. & seqq.

## Apostolus.

Apostoli ad quid fecerint Symbolum. disp. 3. f. 4. num. 58

## Archiepiscopus.

An Archiepiscopi non solum in propria Diocesi, sed etiam in tota sua provincia possint uti facultate Episcopis concessa in Decreto Tridentini. d. 23. f. 3. n. 61

## Articuli.

Verum Articuli fidei conuenienter in Symbolo tradantur. d. 3. f. 4. n. 57

Articulorum nomine quid intelligatur. *ibid.*

## Assensus.

Assensus medius est discursiuus siue formaliter, siue virtualiter. d. 1. f. 6. n. 74

Assensus certus quis sit. d. 1. f. 13. n. 317

## Athanasius.

Athanasij Symbolum vnde Auctoritatem acciperit. d. 3. f. 4. n. 60

Vnde constet fuisse Athanasium huius Symboli auctorem. *ibid.*

## Atheismus.

Atheismus ad quam speciem infidelitatis pertineat. d. 18. f. 3. n. 78

*Auspe; Vide, Paranympus.*

## B

## Baptismus.

**B**aptismus non debet repeti sub conditione propter formidinem. d. 1. f. 13. n. 321

Baptismi efficaciam, & necessitatem omnes credere tenentur. d. 13. f. 5. n. 116

An patentes Catholici permittere possint, quod eorum filij à ministro hæretico Baptizentur. d. 14. f. 5. n. 161

An possit licite Catholicus adire ministrum hæreticum, ut constet de nomine, & de Baptismo. *ibid.* n. 163

An Parentes Catholici infantem catholicè Baptizatum possint permittere ad hæreticum ministrum publicè deferri, ut rebaptizetur. *ibidem* n. 164

## Barbarus.

Quale vel quantum tempus est illud quo Deus expectat obseruantiam legis à Barbaro, ut eum illuminet circa res Fidei. d. 12. f. 3. n. 37

## Beatus.

Habitus fidei cur omnino auferatur in Beatis. d. 2. f. 2. n. 57

Beatus videns Deum potest simul cognoscere Deum euidenter cognitione abstractiua in creaturis. *ibid.* n. 68

An de potentia absoluta possit esse fides actualis deisdem obiectis quæ in eodem Beato videntur clarè in Verbo. d. 17. f. 3. n. 26

An detur fides actualis in Beatis circa obiecta salutem quæ nec in Verbo, nec aliunde perfectè videntur. *ibid.* n. 27

An maneat in Beatis habitus fidei infusus, quem in statu viæ habuerunt. *ibid.* n. 35

An saltem maneat in Beatis habitus pie affectionis infusus pertinens ad voluntatem. *ibid.* n. 45

## Beneficium.

An liceat Catholico precibus, fauore, &c. promouere ministrum hæreticum, ut eligatur ad Beneficiū, ut hoc modo excludatur ministris Catholicis perniciosus. d. 14. f. 5. n. 169

Beneficiis acquisitis priuatur hæreticus, & inhabilis redditur ad futura. d. 23. f. 3. n. 39

Beneficij ante hæresim habiti priuatio quando incurrat. *ibid.* n. 140

An si hæreticus resipiscat possit, & debeat etiam in foro externo sua Beneficia retinere. *ibid.* n. 144

Hæreticorum fautores an puniantur pena priuationis beneficiorum. d. 24. f. 1. n. 20

## Bona.

Quenam hæretici Bona confiscationi subiaccant. d. 24. f. 1. n. 18

Vide, Confiscatio.

## Bulla.

Abstinentium ab illo dubio, an Bulla Cenzæ vique de facto obliget. d. 21. f. 2. n. 69

An virtute Bullæ Cruciatæ antiquior potuisset quis absolui ab hæresi. d. 23. f. 3. n. 101

## C

## Cæremonia.

**C**æremoniæ falsi cultus, quomodo illicitè vsurpentur. d. 14. f. 5. n. 111

Cæremoniæ legis antiquæ, licet post Pentecostem cessauerint obligare, non tamen statim fuere prohibita. d. 14. f. 5. n. 139

## Capitulum.

Capitulum Sede vacante an habeat facultatem absoluendi ab hæresi. d. 23. f. 3. n. 55

## Cardinalis.

Cardinalium collegium an Sede vacante possit licentiam concedere legendi libros prohibitos. d. 21. f. 2. n. 71

An Cardinales in suis Titulis possint uti facultatibus Episcopis concessis in decreto Concilij Tridentini. d. 23. f. 3. n. 60

## Caro.

Carnibus an vesci liceat ad occultandam fidem. d. 14. f. 5. n. 99

An si ægroto, qui aliàs posset licite Carnibus vesci, præcipiat Tyrannus ut in signum infidelitatis Carnibus vescatur, possit adhuc in iis circumstantiis eas comedere. *ibidem*, numero 101

Et quid si Tyrannus in odium fidei auferat homini robusto omnem alium cibum præter Carnes. *ibid.* n. 102

Quandònam Catholico transenti per loca infidelium sit licitus Carnium usus. *ibidem*, numero 105

Quibus in casibus sit illicitus. *ibidem*, numero 106

An Catholicus amico nobili hæretico ad se diuertenti possit amicitia causa apponere Cænes, aliòve cibos vetitos in die ieiunij. d. 14. f. 5. n. 167

An Catholici, qui ob infirmam valetudinem in die ieiunij vescuntur Carnibus, possint postea famulis

# Index Rerum.

multis hæreticis relictarum carniū esum per-  
mittere. *ibid.* n. 168  
Carniū esus in diebus ab Ecclesia prohibitus  
magis sufficit ad ostendendam hæresim, quàm  
violatio ieiunij. d. 23. f. 2. n. 26

## Censura.

Varie propositionum infra hæresim Censuræ. d.  
20. f. 3. n. 71. & seqq.  
Propositio, quæ inique aliam censurat, potest esse  
digna Censurâ. *ibid.* n. 105  
Ecclesia reprobando propositionem, etiam Cen-  
suræ gradum determinat. *ibid.* n. 106  
Ecclesiæ iudicium circa gradum Censuræ, an sit  
certum & infallibile. *ibidem*, num. 106.  
& seqq.

## Certitudo.

Certitudo moralis & humana variè solet à Do-  
ctoribus accipi. d. 1. f. 13. n. 316  
Certitudinis moralis duo gradus. *ibid.*  
Certitudo assensus intellectualis in quo consistat.  
d. 6. f. 1. n. 1  
Certum unde dicatur. *ibid.*

## Charitas.

An, & quomodo Charitas sit forma fidei. d. 16.  
f. 3. n. 45

## Christianus.

Ecclesia prohibet ne Christiani sint famuli Iu-  
dæorum. d. 19. f. 3. n. 164

## Christus.

Christi humanitas an etiam pertineat ad obie-  
ctum attributionis nostræ fidei. disput. 3.  
sect. 1. num. 19  
Non est obligatio saltem grauis sciendi Christum  
passum sub Pontio Pilato. disput. 13. sect. 4.  
num. 76  
Debet explicite credi Christum passum, & mor-  
tuum esse propter nostram salutem. *ibid.*  
An genus mortis Christi nempe crucifixio, sit de  
necessitate præcepti explicite credendum. *ibid.*  
num. 77  
Christi sepultura an sit ex præcepto explicite cre-  
denda. *ibid.* n. 80  
Christi descensus ad inferos an debeat à singulis  
credi fide explicita ex necessitate præcepti. *ibid.*  
num. 83  
Christi resurrectio fide explicita sub præcepto  
grauis credenda est. *ibid.* n. 86  
An sit præceptum credendi etiam explicite cir-  
cumscriptionem diei tertiæ circa articulum resur-  
rectionis Christi. *ibid.* n. 87  
Christi ascensus ad cælum an credi debeat fide ex-  
plicita. *ibid.* n. 89  
An Christi sessio ad dexteram Patris. *ibid.*  
Sensus illorum verborum, *Sedet ad dexteram Dei*  
*Patris omnipotentis.* *ibid.* n. 90  
Duplex excellentia peculiaris Christi in illis ver-  
bis. *ibid.* n. 91  
Nouissimus Christi aduentus ad iudicium est ne-  
cessario explicite credendus. *ibidem*, nu-  
mero 94  
Christus an etiam vt homo sit iudicaturus. *ibid.*  
num. 95  
Christi humanitas quomodo possit habere pote-  
statem iudicariam. *ibid.* n. 97  
An Christus vt homo non solum habeat potesta-  
tem iudicandi in vltimo iudicio vniuersali, sed  
etiam in iudicio particulari. *ibidem*, nu-  
mero 98  
An non solum in morte, sed etiam in discursu vi-

ta Christus exerceat iudiciariam potestatem.  
*ibid.* num. 99

An Christus vt homo vsus fuerit hac potestate  
iudiciaria statim ab initio suæ conceptionis,  
an solum à tempore mortis. *ibidem*, nu-  
mero 100

An Christus in iudicio vniuersali iudicaturus sit  
non solum homines, sed etiam Angelos. *ibid.*  
num. 105

Quod significetur per illa verba, *viuos, & mortuos*,  
quibus profitetur Christum venturum ad iu-  
dicandos non mortuos solum, sed etiam viuos.  
*ibid.* n. 108

## Circumscriptio.

Circumscriptio an possit nunc licite vsurpari. dict. 14.  
sect. 5. n. 144

## Clericus.

Clerici quænam explicite credere aut scire te-  
neantur. d. 13. f. 5. n. 145

## Cognitio.

Non omnis Cognitio euidentis excludit assensum  
Fidei diuinæ. d. 2. f. 2. n. 73  
Nec omnis Cognitio intuitiua. *ibid.* n. 74

## Communicatio.

An ratione excommunicationis, prohibita nobis  
sit Communicatio cum hæreticis. d. 22. f. 1.  
num. 1

An non solum in civilibus, & humanis possimus  
cum hæretico non denunciato Communicare,  
sed etiam in sacris, & spiritualibus. *ibidem*, nu-  
mero 10

Communicatio prohibita cum hæreticis in ma-  
trimonio. d. 22. f. 2. n. 72

Communicatio ciuilis cum Pagans, & præfer-  
tim cum Iudæis prohibita. disput. 22. sect. 4.  
n. 105. & seqq.

## Complexio.

Complices hæreticorum, & eorum pœnæ. d. 23.  
f. 1. n. 1. & seqq.

## Complexio.

Duplex genus Complexionis in nostris concepti-  
bus potest considerari. disput. 3. sect. 2. nu-  
mero 35

Complexio mentalis repetitur semper in fide.  
*ibid.* num. 46

## Concilium.

Conciliorum auctoritas quomodo possit esse de  
Fide. d. 1. f. 13. n. 314

## Conclusio.

Conclusiones quæ deduci possunt ex principio  
reuelato, aliæ possunt deferuire ad bene ope-  
randum, aliæ non. disput. 1. sect. 13. nu-  
mero 348

Conclusiones ex principio reuelato inutiles ad  
bene operandum, non indigent habitu infuso  
concurrente præter fidem. *ibidem*, nu-  
mero 349

Conclusiones ex principio reuelato viles ad be-  
ne operandum indigent habitu infuso. *ibid.*  
num. 350

## Confessarius.

Confessarius quid facere debeat cum pœniten-  
te ignaro mysteriorum, quorum noticia est  
omnibus necessaria. disput. 13. sect. 5. nu-  
mero 140

## Confiscatio.

Pœna Confiscationis bonorum hæreticis impo-  
sita an incurratur ipso iure à die criminis com-  
missi. d. 24. f. 1. n. 2  
Confisca

# Index Rerum.

Confiscationis pœna an locum habeat etiam circa omnia bona futura. *ibid.* n. 3  
 Confiscationi an subiaceant bona acquisita medio tempore inter crimen, & sententiam. *ibid.* num. 4  
 Quæ bona Confiscationi subiaceant. *ibidem*, num. 18  
 An etiam alimenta hæretico relicta subiaceant Confiscationi. *ibid.* n. 26  
 Confiscatio an extendatur ad bona quæ sunt extra territorium Iudæis condemnantis hæreticum. *ibid.* n. 34

## Coniux.

Coniux quando, & quomodo possit, vel debeat à coniuge hæretico diuertere. d. 22. l. 3. n. 40 & seqq.  
 An postquam Coniux hæreticus emendatus est, debeat Catholicus ad eum redire, & eum recipere. *ibid.* n. 46  
 Differentia inter Coniugem Catholicum, & adulterum. *ibid.* n. 55  
 An Coniux separatus à Coniuge hæretico ob eius hæresim possit ingredi religionem. *ibidem*, num. 79  
 An Coniux hæreticus à quo Catholicus discessit, possit ipse postea conuersus ad fidem fieri religiosus. *ibid.* n. 80

## Contritio.

Præceptum Contritionis non obligat ad reiterandum iterum, & sæpius actum contritionis, licet semper formidare quis possit, an veram contritionem habuerit. d. 1. l. 13. n. 321

## Credeve.

Credere Deo, credere Deum, & credere in Deum, quomodo differant. *disput.* 8. sect. 2. numero 17  
 An Credere in Deum dicantur soliusi. *ibidem*, num. 18  
 An solum in Deum Credere dicamur, an etiam in Ecclesiam vel Sanctos. *ibid.* n. 20  
 An exigatur voluntas non solum ad Credendum mysterium reuelatum, sed etiam ad credendam reuelationem. d. 10. l. 2. n. 16  
 Proponuntur alia dubia circa voluntatem ad Credendum prærequisitam. *ibidem*, num. 17, & seqq.  
 An voluntas requisita ad credendum debeat esse voluntas libera; an sufficiat voluntas necessaria. *ibid.* n. 21  
 Quid si voluntas Credendi non sit necessaria, sed libera, non tamen cum plena deliberatione. *ibid.* num. 25  
 An voluntas credendi debeat esse in sua entitate supernaturalis, & formaliter honesta. d. 10. l. 3. num. 30  
 Quale sit obiectum formale voluntatis Credendi, & ad quam virtutem pertineat. *ibid.* numero 52  
 An huiusmodi voluntas supernaturalis Credendi reperitur etiam ante assensum illum quem rusticus ex errore tribuit articulo falso à Parocho proposito. *ibid.* n. 67  
 An voluntas Credendi possit esse mala saltem denominatiue, & extrinsecè ab alia voluntate mala imperante. d. 10. l. 5. n. 85

## Credibilitas.

Probatum euidencia Credibilitatis præcedens actum fidei. d. 5. l. 1. n. 1  
 Referuntur, & soluuntur argumenta contra ne-

cessitatem euidentis Credibilitatis. d. 5. l. 1. per totam.  
 An iudicium euidens de Credibilitate oriatur à fide. d. 5. l. 3. n. 39  
 Recensentur breuiter motiua, quæ reddunt euidenter credibilia obiecta nostræ fidei. d. 5. l. 4. per totam.

## D

### Demon.

Vtrum in **D**æmone maneat fides. d. 17. l. 2. num. 8

### Damnatus.

Vtrum in animabus Damnatis maneat fides. *ibidem*.  
 Quæ via maneat in Damnatis cognitio eorum, quæ nos per fidem credimus. *ibidem*, numero 14  
 An hæc fides impropria quam Damnati habent, sit in iis libera, vel necessaria. *ibid.* n. 18

### Defensor.

Defensor hæretici, quis dicatur. *disp.* 25. l. 1. num. 4  
 Defensor hæretici an incurrat censuram effecta non sequuto. *ibid.* n. 7

### Deliberatio.

Plena Deliberatio requiritur ut aliquis sit hæreticus Ecclesiasticis pœnis punibilis. d. 20. l. 4. num. 153

### Desperatio.

Desperatio an sit peccatum grauius infidelitate. d. 18. l. 2. n. 38

### Deus.

Deus habet multiplex os, & multifariam loquitur. d. 1. l. 7. n. 125  
 Deus nobis communicat suam mentem per eos qui res fidei nobis proponunt. *disp.* 1. l. 8. num. 164  
 Deum ea intentione reuelasse primò doctrinam fidei, ut ab aliis ad alios perueniret, constat ex Scriptura. *ibid.*  
 Quibus modis Deus loquatur homini viatori. d. 1. l. 10. n. 221  
 Deus reuelans non cognoscitur quidditate. d. 2. l. 1. n. 4  
 Deum esse, & esse remuneratorem, necessario de fide credendum est. d. 2. l. 2. n. 62  
 Quomodo Deus habeat actum formalis amicitie erga homines, siquidem omnia vult Deus propter semetipsum. d. 2. l. 3. n. 135  
 An obiectum adæquatam attributionis nostræ fidei sit Deus solus. d. 3. l. 1. n. 12  
 Deus est obiectum principalissimum nostræ fidei. *ibid.*  
 Deus an possit mentiri vel falsum reuelare. d. 4. l. 2. n. 15  
 Deus esset quasi homo si mentiretur. *ibid.* numero 21  
 Deus nec per seipsum, nec per alios mentiri aut fallere potest. *ibid.* n. 27  
 Deus an possit se solo producere habitum, vel actum erroris in hominis intellectu. *disput.* 4. sect. 3. n. 31  
 Deus potest cum hominibus loqui per voces interinas tales, quas Dæmon imitari non possit ad decipiendum hominem. *ibidem*, numero 43

### Deus

# Index Rerum.

Deus an possit amphibologicè loqui, & an ex hoc capite deficiat eius infallibilitas. *disp. 4. sect. 2. num. 61*

Dei providentia est fortissimum creditatis argumentum. *d. 5. f. 4. n. 58*

Dei prædicata, per quæ distinguitur à creaturis necessariò credenda. *disp. 12. sect. 5. num. 124*

Obligatio inquirendi verum Deum, & discendi ea quæ ad eius cultum debitum necessaria sunt constare potest lumine naturæ. *disp. 13. f. 1. n. 9*

*Dilectio.*  
An peccatum non Diligentis Deum superet ex suo genere omnia alia peccata. *disp. 18. sect. 2. num. 37*

*Discursus.*  
In omni Discursu debent interuenire duo principia. *d. 1. f. 6. n. 75*

*Dispensatio.*  
An ad Dispensationem in irregularitatibus, & suspensionibus occultis requiratur præsentia subditi intra Diocesim proprii Episcopi. *d. 23. f. 3. n. 77*

Quis possit in irregularitate ob hæresim contracta dispensare. *d. 23. f. 4. n. 124*

*Disputatio.*  
Disputatio cum infidelibus, an, & quomodo licita. *d. 22. f. 5. n. 128*

Conditiones necessariae ad Disputationis honestatem. *ibid. n. 132. & seqq.*

Potissima conditio ut Disputans non sit laicus. *ibid. n. 136*

Religiosi laici an possint licitè disputare cum hæreticis. *ibid. n. 138*

An laicus doctus possit licitè disputare cum hæreticis. *ibid. n. 139*

An saltem iubentibus Clericis possit laicus Disputare. *ibid. n. 140*

An consentiente Summo Pontifice possit fieri conventus Ecclesiasticus in quo conueniant hæretici ad Disputandum de Religione. *ibid. num. 143.*

*Diuortium.*  
Qualis Ecclesiæ sententia desideretur ad ius Diuortij perpetui, ob hæresim. *disp. 22. sect. 3. num. 60*

An ad hoc diuortium sufficiat sententia super crimine, quin explicite feratur super Diuortio. *ibid. n. 65*

An coniux possit Diuortium perpetuum apud Iudicem petere, quando non in publico ab hæresi est reconciliatus. *ibid. n. 66*

An coniuge hæretico reconciliato absque sententia possit Catholicus petere iudicium Ecclesiæ circa Diuortium. *ibid. n. 69*

An ad Diuortium ob hæresim sufficiat vnicus lapsus. *ibid. n. 72*

An si verique coniux sit hæreticus possit concedi Diuortium. *ibid. n. 73*

Quid iuris habeat coniux Catholicus si per vim impediatur, ne Iudicem Ecclesiasticum adeat & Diuortionum petat. *ibid. n. 81*

An Catholicus possit cedere iuri quod habet ad Diuortium. *ibid. n. 85*

An copula cum coniuge habita post sententiam Diuortij censetur tacita, & virtualis condonatio. *ibid. n. 86*

An sicut in adulterio carnali datur compensatio

propter quam coniux adulter non potest petere Diuortium, sic etiam in hæresi. *ibid. n. 97*

*Doctrina.*  
Puritas Doctrinæ Christianæ. *disp. 5. f. 4. num. 49*

Perseuerantia & vniformitas Doctrinæ absque vlla varietate, in Ecclesia. *ibid. n. 52*

*Doctus.*  
Quænam explicite credere, aut scire debeant Doctores. *d. 13. f. 5. n. 144*

*Dogmatista.*  
Dogmatistæ traduntur Curiaæ seculari. *d. 24. f. 2. num. 64*

Dogmatista quis dicatur. *ibid.*

*Dubitans.*  
An peccatum Dubitantis solum de rebus fidei, differat specie, à peccato sententis posituè contrariam. *d. 18. f. 1. n. 32*

Dubitans in fide an sit hæreticus. *disp. 20. sect. 1. num. 16*

## E

### Ecclesia.

**E**cclésiæ definitio quomodo obliget de nouo credi ex fide, quæ antea non debebat credi. *d. 1. f. 1. n. 272*

An possint credi per fidem Christianam obiecta nostræ fidei, antequam per Ecclesiam, vel eius nomine alicui proponantur. *disp. 1. f. 12. num. 247*

An, quando Ecclesia deducit aliquid ex duabus præmissis reuelatis, quod de nouo definit, conclusio noua definita sit de fide. *d. 1. f. 13. numero 273*

Et quid, si ex vno principio reuelato, & altero non reuelato, Ecclesia aliquid deducit, & definit. *ibid. n. 274*

Ecclesia, cum habeat infallibilem assistentiam Spiritus sancti, ut non erret in iis quæ definit de fide, cur debeat examen, & diligentiam adhibere in definiendis rebus fidei. *ibidem, numero 276*

Ecclesia non potest decipi acceptando pro Pontifice eum qui non est verè Pontifex. *disp. 1. f. 13. n. 327*

Hic articulus, Sanctam Ecclesiam Catholicam; Sanctorum communionem, potissimè appositus ad explicandam vnitatem Ecclesiæ. *d. 13. f. 4. n. 110. & seqq.*

Ecclesiæ potestas in infideles non baptizatos, quæ, & quanta. *d. 19. f. 2. n. 34*

Ecclesia an cogere possit hæreticos ad fidem Catholicam recipiendam. *d. 21. f. 1. n. 1*

*Religio.*  
An licitè Catholicus possit promouere ministrum hæreticum, ut Eligatur ad beneficium, ut hoc modo excludatur minister magis Catholicis perniciosus. *d. 14. f. 5. n. 169*

*Eni.*  
Enia supernaturalia sunt in duplici differentia. *d. 1. f. 9. n. 191*

*Episcopus.*  
Episcopi quænam explicite credere aut scire debeant. *disp. 13. sect. 5. num. 144. 149. & seqq.*

An Episcopi hodie facultatem habeant absoluedi ab hæresi. *d. 23. f. 3. n. 43. & seqq.*

An

# Index Rerum.

An Episcopus extra Sacramentum Pœnitentiæ possit vti facultate absoluendi ab excommunicatione ob hæresim occultam. disput. 23. f. 3. n. 63

An Pontifices in Bulla Cruciatæ reuocare voluerint potestatem Episcopis concessam in Tridentino. ibid. n. 46

An possit Episcopus hac facultate vti etiam in absentia. ibid. n. 76

An Episcopus possit facultatem a. absolueudum ab hæresi alicui committere. ibid. n. 78

*Error.*

Error vt ab hæresi distinguatur. disput. 20. sect. 3. num. 74. & seqq.

*Vide, Propositio.*

*Eucharistia.*

Necessaria est fides explicita sacramenti Eucharistiæ. d. 13. f. 5. n. 119

Eucharistiam offerri in sacrificium in Missa fideles omnes scire debent. ibid. n. 122

*Evidentia.*

Evidentia moralis quid sit. disput. 1. sect. 13. num. 311

An fideles licet non habeant Evidentiam metaphysicam de reuelatione diuina, & veritate obiecti reuelati, habeant tamen euidentiā moralem. d. 2. f. 1. n. 39

Euidens moraliter an ita appareat, vt non possit nisi imprudenter negari, vel reuocari in dubium. d. 2. f. 1. n. 45

*Excommunicatio.*

Excommunicatio maior est prima, & antiquissima hæreticorum pœna. d. 23. f. 1. n. 1

Hæc excommunicatio an sit iuris diuini. ibid. num. 2

An ob hæresim merè externam incuratur hæc Excommunicatio. ibid. n. 7. & seqq.

Sufficit ad incurendam Excommunicationem, quod hæresis interna signo aliquo externo manifestetur. d. 23. f. 2. n. 11

Verba æquivoca si proferantur ad significandam hæresim internam, an sufficiant ad incurendam Excommunicationem. ibid. n. 19

An qui dormiens profitetur voce hæresim internam incurrat Excommunicationem. d. 23. f. 2. num. 33

An qui ad hunc finem se inebriat, incurrat Excommunicationem. ibid. n. 34

An qui fingit se dormire, vel ebrium esse, incurrat Excommunicationem. ibidem, numero 35

**F**

*Famulus, Famulatus.*

Famuli Iudeorum an Christiani esse possint. d. 19. f. 3. n. 164

An prohibeatur famulatus solum intra domum, an etiam extra domum. ibid. n. 166

*Fautores.*

Fautores hæreticorum qui dicantur. d. 25. f. 1. num. 5

Fautores hæreticorum an incurant censuram effectum non sequuto. ibid. n. 7

An omnes hæreticorum fautores censuram incurant. ibid. n. 17

Fautores an incurant irregularitatem. ibid. num. 19

An Fautores hæreticorum puniantur pœna priuationis beneficiorum. ibid. n. 20

An ipsi Fautores ipso iure pœnam infamit incurant. ibid. n. 21

*Fidelis.*

Fidelis quo actu discernatur ab infideli. d. 1. f. 8. num. 156

*Fides.*

Quid sit illud in quo vltimò sistit assensus nostre Fidei. d. 1. f. 1. n. 5

Difficultas huius controuersie. ibid.

Refertur prima sententia, docens assensum Fidei debere resolui in lumen ipsius fidei, seu in auxilium diuinum. d. 1. f. 2. n. 6

Fidei assensus resoluitur in reuelationem veram Dei, non in reuelationem impropiam. d. 1. f. 2. n. 9

Fidei diuinæ assensus an sit conclusio; an quasi primum principium. d. 1. f. 1. n. 24

Refertur & impugnatur secunda sententia reducens assensum Fidei, ad imperium voluntatis sine motu intrinseco. disput. 1. sect. 3. numero 29

An ad quemlibet assensum Fidei requiratur actualis cognitio reuelationis diuinæ. disput. 1. sect. 3. num. 36

Ex principiis Fidei deducuntur conclusiones practicæ, quibus dirigimur ad bene operandum. d. 1. f. 4. n. 44

Fides an resoluitur in auctoritatem Ecclesiæ vt habentis infallibilitatem in proponendo ex assentia Spiritus sancti. d. 1. f. 5. n. 52

Fides an resoluitur in auctoritatem Ecclesiæ prout miraculis, martyrijs, & alijs notis condecoratur. ibid. n. 55

Fides nostra est diuina multis de causis. d. 1. f. 5. num. 65

Fidei supernaturalitas vnde proveniat. ibid.

Habitus infusus Fidei, vt possit prodire in actum, postulat illam conditionem ex parte obiecti, quod reuelatio sit posita re ipsa. disput. 1. sect. 5. n. 66

Verior sententia circa resolutionem vltimam Fidei, & primum quomodo resoluitur in Veritatem Dei. d. 1. f. 6. n. 74

Fidei assensus per quem fiat discursus. d. 1. f. 6. num. 77

Varia Doctorum sententiæ in assignando attributo Diuino, quod respicit formaliter Fides. d. 1. f. 6. n. 79

Prima Dei veritas, an debeat ante assensum Fidei præsupponi cognita per lumen naturæ. d. 1. f. 6. n. 81

Non multum refert quod assensus Fidei resoluitur vltimò in Veritatem, vt in motuum suadens Deum esse summè veracem. disput. 1. sect. 6. num. 99

Assensus veracitatis Dei, prout ad fundandam Fidem requiritur, non fundatur in argumento ex creaturis deducto. ibid. n. 102

Habitus Fidei elicit duplicem assensum. disput. 1. f. 6. n. 106

An possit aliquando habitus Fidei elicere assensum immediatum circa veracitatem Dei seorsum antecedenter ad assensum mysteriorum crediti. d. 1. f. 6. n. 106

Fides quomodo resoluitur vltimò in reuelationem Dei sistendo in ipsa. disput. 1. sect. 7. num. 114

*Duplex*

# Index Rerum.

Duplex ratio formalis, partialis, cui ultimo Fides innititur, scilicet, *Deus est prima veritas*, & *Deus ita dixit*. *ibid.*  
 Fidei habitus elicit tres assensus distinctos realiter, vel virtualiter omnino diuersos. *disp. 1. sect. 7. num. 116*  
 Fides humana quomodo se habeat in ordine ad testimonium hominis credendum. *disp. 1. f. 7. num. 118*  
 Fidei assensus an sit euident. *disput. 1. sect. 7. num. 119*  
 Fidei assensus an sit certus. *ibid. n. 121*  
 Motiua extrinseca Fidei sunt partim ratio formalis Fidei, partim conditio. *ibid. n. 130*  
 Motiua Fidei habent duplicem influxum in fidei assensum. *ibid.*  
 Lumine naturæ cognoscitur obligatio conandi elicere assensum Fidei firmum propter Dei testimonium. *d. 1. f. 8. n. 148*  
 Eodem modo resoluendus assensus Fidei nostræ in testimonium Dei, quo resoluatur assensus fidei humanæ in testimonium hominis. *disp. 1. f. 8. num. 150*  
 Fidei doctrinam qua intentione primò Deus reuelatur. *d. 1. f. 8. n. 164*  
 Potest aliquando peccati contra Fidem, negando id quod Deus alteri reuelat reuelatione priuata. *ibid. n. 167*  
 Quanta connexio appareat inter doctrinam propositam cum motiuis Fidei, & doctrinam diuinam. *d. 1. f. 8. n. 179*  
 Vtrum dari debeat, vel detur actus Fidei acquisitionis, quoties datur actus Fidei supernaturalis. *disp. 1. f. 9. n. 181*  
 Vtrum quando generatur assensus Fidei Christianæ necessariò prærequiratur aliquis assensus fidei acquisitionis, ut conditio, vel causa. *d. 1. f. 9. num. 192*  
 Omnis reuelatio Dei sufficienter proposita pertinet ad obiectum formale Fidei, siue priuata sit, siue publica. *d. 1. f. 11. n. 226*  
 Vtrum necesse sit obiecta per fidem credenda proponi prius per Ecclesiam, *disput. 1. sect. 12. num. 247*  
 Differentia inter habitum Fidei, & habitum Theologiam. *d. 1. f. 13. n. 257*  
 An conclusio deducta ex vna propositione Fidei, & alia euidenter nota ex principiis naturæ sit actus Fidei, vel Theologiam. *ibid.*  
 An, si Ecclesia definiat conclusionem illam deductam ex vna reuelata, & altera euidenti scientifica, possitiam, & debeat credi ex Fide. *ibid. num. 269*  
 Aliquid potest esse de fide in ratione obiecti, quod non sit adhuc de fide quoad obligationem. *ibid. n. 271*  
 Conclusio deducta ex duabus reuelatis an sit de Fide. *ibid. n. 278*  
 Conclusio particularis deducta ex præmissa vniuersali de Fide, an sit de Fide. *ibidem, numero 298*  
 An quando probabile est, Deum loquutum fuisse de hoc singulari in vniuersali reuelata, an possimus hoc obiectum de fide credere. *ibid. num. 322*  
 Non potest aliquis de Fide credere, se esse in statu gratiæ. *ibid. n. 324*  
 Quomodo sit de Fide hunc esse verum, & legitimum Papam. *ibid. n. 325*  
*Card. de Lugo de Virtute Fidei diuinæ.*

An habitus fidei, vel solus, vel cum altis concurrat immediatè ad assensum conclusionis Theologicæ. *ibid. n. 331*  
 Habitus Fidei datur ad credendum Deo soli. *ibid. num. 341*  
 Fidei obscuritas, & eius compossibilitas cum euidentia. *disp. 2. per totam.*  
 Reuelatio clara an possit esse obiectum formale Fidei. *d. 2. f. 1. n. 1*  
 Nomine Fidei quid intellexerint Patres. *ibid. num. 8*  
 An si aliquis euidentiam haberet de reuelatione diuina, non tamen de veritate, & infallibilitate Dei, assensus rei reuelatæ esset tunc assensus Fidei. *ibid. n. 32*  
 Fides exigit essentialiter obscuritatem aliquam in assensu. *ibid. n. 48*  
 Habitus Fidei vnde impediatur ab eliciendo assensu circa reuelationem claram. *ibid.*  
 Fides an possit esse de obiecto aliunde clarè cognito. *d. 2. f. 2. n. 51*  
 Fidei habitus cur omnino auferatur in beatis. *ibid. num. 57*  
 Duo hæc necessariò de Fide credenda, scilicet Deum esse, & esse remunerationem. *ibid. n. 62*  
 Fidei assensus non impedit assensum scientificum eiusdem obiecti. *ibid. n. 76*  
 Fidei assensus non repugnat cum visione sensitua, & materiali eiusdem obiecti. *ibid. n. 80*  
 An possint diuinitus coniungi in eodem intellectu visio perfectissima, & plena, ac immediata obiecti, & Fides actualis de eodem. *ibid. n. 81*  
 Fides an possit esse cum opinione. *ibidem, num. 99*  
 Assensus fidei humanæ an possit simul esse cum assensu Fidei diuinæ circa idem obiectum materiale. *ibid. n. 91*  
 An idem assensus Fidei possit tendere circa obiectum reuelatum per aliud medium scientificum vel probabile. *d. 2. f. 3. n. 105*  
 An sicut potest idem assensus esse ex motiua Fidei, & scientifico, possit etiam esse ex motiua Fidei, & ex alio motiua probabili. *ibid. num. 136*  
 Quod sit obiectum materiale adæquatum nostræ Fidei. *disp. 3. sect. 1. num. 1*  
 An omnia obiecta materialia æquè immediatè pertineant ad Fidei. *ibid. n. 4*  
 Mendacium an pertineat ad obiecta materialia Fidei. *ibid. n. 6*  
 An obiectum adæquatum attributionis nostræ Fidei sit Deus solus, an aliquid aliud. *ibid. num. 12*  
 Vtrum Deus sit obiectum attributionis Fidei solum sub conceptu Deitatis, an etiam secundum attributa, & alias perfectiōnes intrinsecas quas habet. *ibid. num. 13*  
 Fides hæc duo intendit: ut cognoscamus Deum, & viam nostræ perfectiōnis. *ibid. n. 17*  
 Fides est partim speculatiua, partim practica. *ibid. 1. num. 18*  
 Humanitas Christi an etiam pertineat ad obiectum attributionis nostræ Fidei. *ibid. n. 19*  
 Fidei obiectum an sit aliquid complexum. *disp. 3. sect. 2. num. 28*  
 Fidei obiecta alia sunt necessaria simpliciter: alia sunt contingenter. *disp. 3. sect. 3. n. 47*  
 Fidei obiecta quomodo possint inter se comparari. *ibid. num. 48*  
 Vtrum

# Index Rerum.

- Vtrum sit aliquis ordo inter obiecta Fidei. *ibid.*  
 Num. 47. & seqq.
- Quis sit ordo inter obiecta formalis Fidei adinuicem comparata. *ibid.* n. 55
- Comparando obiecta materialia Fidei cum formalibus debet esse ordo inter illa. *num.* 56
- Fidei articuli an conuenienter in Symbolo tradantur. *disput.* 3. *sect.* 4. n. 57
- Obiecta materialia Fidei an successiue creuerint, vel decreuerint. *disp.* 3. *sect.* 5. n. 65
- Fides de aliquo obiecto potest haberi vel explicita, vel implicita. *ibid.*
- Fides explicita quid. *ibid.*
- Quid sit Fides implicita. *ibid.*
- Quorum obiectorum explicita Fides fuit semper in Ecclesia. *ibid.* n. 66
- Fides nunquam magis explicita quam in Apostolis. *ibid.* n. 67
- An in Ecclesia aliquid incipiat post Apostolorum tempus esse de Fide, quod antea de Fide non fuerat. *ibid.* n. 68
- An omnia quae ab Ecclesia in Concilio, vel à summo Pontifice definiuntur, ita pertineant de nouo ad Fidem, ut antea nunquam pertinerent. *ibid.* num. 70
- An aliqua nobis de Fide credenda proponantur, quae Apostoli explicitè non crediderunt. *ibid.* num. 71
- Fides an aliunde possit generare assensum falsum, circa reuelationem apparentem. *disp.* 4. *sect.* 6. num. 77
- Repugnantia actus & habitus Fidei cum reuelatione falsa, est essentialis. *ibidem*, numero 88
- Fidei actus an possit ut praemissa concurrere ad conclusionem falsam. *disp.* 4. *sect.* 7. n. 102
- An ille actus conclusionis esset tunc verè supernaturalis in sua substantia, & elicitus ab habitu Fidei infusæ. *ibid.* n. 103
- An praemissa Fidei supernaturalis concurrat partialiter ad illum assensum conclusionis falsæ. *ibid.* num. 107
- An ante fidei assensum esse debeat in quolibet fidei iudicium euidentis de credibilitate obiecti. *disp.* 5. *sect.* 1. n. 1
- An posset voluntas imperare prudenter assensum Fidei cum iudicio vltimo credibilitatis solum probabili. *ibid.* n. 21
- An iudicium euidentis de credibilitate oriatur à Fide. *disp.* 5. *sect.* 3. n. 39
- Lumen Fidei strictè sumptum quid sit. *ibid.* num. 46
- Motiva, quae reddunt euidenter credibilia obiecta nostrae Fidei breuiter recensentur. *disput.* 5. *sect.* 4. per tot.
- Modus quo Christiana Fides propagationem, & perseverantiam consecuta est. *ibid.* n. 53
- Testes nostrae Fidei. *ibid.* n. 54
- Assensus Fidei non debet esse firmus solum firmitate adhaesionis extrinseca, sed etiam adhaesionem firmissima sibi intrinseca. *disp.* 6. *sect.* 1. num. 17
- An, & quomodo certitudo Fidei superet alios assensus certos. *disp.* 6. *sect.* 2. n. 26
- Fides est certior aliis cognitionibus euidentibus naturalibus. *disp.* 6. *sect.* 3. n. 34
- Excessus certitudinis quem Scriptura, & Patres Fidei tribuunt respectu scientiae, vnde desumendus. *ibid.* num. 36
- An Fides habeat maiorem certitudinem quam scientia propter maiorem connexionem cum veritate. *ibid.* n. 37
- Fides excedit in maiori exclusionem prudentis iudicinis, & maiori repugnantia cum illa. *ibid.* num. 42
- Fidei assensus an sit magis vel minus certus, quam visio beata. *ibid.* n. 51
- Fides an sit certior principiis euidentibus euidencia metaphysica clarissima. *ibid.* n. 53
- Duobus modis intelligi potest quod Fides dicatur.
- Fidei assensus potest generari per discursum formalem. *d.* 7. *in procem.*
- An possit interuenire cognitio bonitatis illationis in discursu Fidei, & qualis sit illa cognitio. *d.* 7. *sect.* 3. n. 30
- Actus intellectuales Fidei an omnes sint eiusdem speciei infimae. *d.* 8. *sect.* 1. n. 3
- An actus fidei speculatiui differant specie à practicis. *ibid.* 4
- Diuerstas specifica in actibus Fidei ex parte motiui formalis. *ibid.* 5
- In discursu formali Fidei, quando assensus distinctus terminatur ad veracitatem Dei, & distinctus ad reuelationem, ij duo differunt specie inter se. *ibid.* 6
- An actus Fidei affirmantes differant specie à negantibus. *ibid.* 7
- An Fides particularis differat specie à Fide vniuersali. *ibid.* 11
- Fides explicita, & implicita an specie differant. *ibid.* 12
- Habitus Fidei an sit vnus indiuisibilis, vel constetur ex pluribus partialibus. *ibidem*, numero 13
- Proponuntur, & examinantur definitiones Fidei. *d.* 8. *sect.* 3. n. 30
- Prima Fidei definitio ex D. Augustino. *ibid.*
- Secunda Fidei definitio ex D. Paulo. *ibidem*, numero 31
- Definitio exacta Fidei ex Suarez. *ibidem*, numero 36
- Actus Fidei est supernaturalis secundum substantiam. *d.* 9. *sect.* 2. n. 27
- Fidei habitus est per se infusus & in sua substantia supernaturalis. *d.* 9. *sect.* 3. n. 40
- An species ad actum Fidei debeant etiam esse supernaturales in substantia. *disput.* 9. *sect.* 4. num. 55
- An postquam aliquis habet actum Fidei maneat in intellectu species supernaturalis producta ab eodem actu Fidei supernaturali qua postea eiusdem actus recordemur. *disput.* 9. *sect.* 4. num. 76
- An sint supernaturales apprehensiones praecedentes actum Fidei. *d.* 9. *sect.* 5. n. 80
- An omnis Fidei assensus necessario dependeat à voluntate. *d.* 10. *sect.* 1. n. 1
- Ad Fidei actum non sufficit voluntatem se habere permissiue, sed exigitur actus positius. *ibid.* num. 7
- An saltem de potentia absoluta possit aliquis elicere actum Fidei sine impulsu voluntatis. *d.* 10. *sect.* 2. n. 20
- An possit actus Fidei infusus imperari simul à duplici voluntate, quarum altera sit bona, & supernaturalis, altera naturalis & mala. *disp.* 10. *sect.* 3. n. 46
- Cur volitio naturalis, licet ex se absolutè, & efficaciter imperet assensum Fidei, non tam

# Index Rerum.

men ponat illum, sed sola volitio supernaturalis. *ibid.* num. 49  
 An possit assensus Fidei imperari immediate alijs virtutibus. *ibid.* n. 65  
 Fides hominis grati est etiam meritoria de condigno vitæ æternæ. *d. 10. l. 4. n. 69*  
 An primus actus Fidei per quem disponitur homo iustificationem in ipso instanti, quo iustificatur sit meritorius de condigno vitæ æternæ per gratiam, quæ tunc infunditur. *ibid.*  
 Omnes actus Fidei sunt meritorij saltem de condigno. *ibid.* n. 73  
 An rationes inductivæ ad ea quæ sunt Fidei minuant meritum Fidei. *ibid.* n. 74  
 Duplex generatio nem ad Fidem. *ibid.*  
 Fides an sit necessaria ad salutem necessitate medij. *d. 12. l. 1. num. 1*  
 Sine Fide fundata in revelatione Dei non fieri vllum opus meritorium salutis æternæ. *disp. 12. sect. 2. n. 13*  
 Fidei explicitæ plures gradus. *disp. 12. sect. 4. num. 83*  
 An in iis qui Christum præcesserunt necessaria fuerit Fides de ipso explicita necessitate medij. *ibid.* n. 84  
 An saltem in statu legis gratiæ requiratur de necessitate medij Fides explicita Christi. *ibidem*, num. 88  
 An Fides explicita Trinitatis sit necessaria necessitate medij. *ibid.* n. 105  
 An Fides utriusque mysterij saltem in voto necessaria sit necessitate medij ad iustificationem. *ibid.* n. 106  
 An Fides explicita Dei remuneratoris sit necessaria necessitate medij. *d. 12. l. 5. n. 108*  
 Fides Dei remuneratoris cur requiratur. *ibidem*, num. 120  
 An sufficiat aliquando ad iustificationem Fides explicita de Penitis inferni? an verò requiratur etiam Fides de præmio æterno bonis meritis correspondente. *ibid.* n. 121  
 Fides explicita de existentia Dei est necessaria. *ibid.* n. 123  
 Necessaria est Fides explicita qua homo credat se non posse suis viribus à miseris erui, & æterna præmia consequi. *ibid.* n. 126  
 An per Fidem necessariam de Deo remuneratore debeat credi explicitè remuneratione supernaturalis. *ibid.* n. 127  
 An detur præceptum de actu interno Fidei. *d. 13. sect. 1. n. 1*  
 An præceptum de actu interno Fidei sit solum iuris positivi, an verò de iure naturæ. *ibid.* num. 2  
 An hoc præceptum Fidei sit iuris naturalis, vel supernaturalis. *ibid.* n. 6  
 An de facto præceptum Fidei quod non habemus dicendum sit naturale, vel de iure supernaturali. *ibid.* n. 10  
 An præceptum credendi explicitè ea obiecta quorum Fides explicita nobis exigitur, sit etiam dicendum naturale, an solum positivum. *ibid.* num. 16  
 Quo potissimum tempore obliget præceptum affirmativum Fidei. *ibid.* n. 21  
 Ad quam virtutem spectet præceptum Fidei. *d. 13. l. 2. n. 25*  
 Tota Fidei obligatio in quo fundetur. *ibidem*, num. 35

*Card. de Lugo de virtute Fidei divina.*

Fidei virtus obligat directè ad positivè credendas materias morales, quas Deus per Fidem nobis revelavit. *ibidem*, numero 37.  
 & 38  
 An sit duplex virtus Fidei. *ibidem*, numero 42  
 Quando ad actum Fidei obligemur indirectè *ibid.* n. 43. & seqq. vbi multi casus enumerantur in quibus est obligatio indirecta exercendi actum Fidei.  
 An in statu legis naturæ esset ex præcepto Fides de æternitate punitionum. *disp. 13. sect. 3. num. 53*  
 An Fides resurrectionis. *ibid.* n. 54  
 An Fides explicita de peccato originali fuerit tunc necessaria. *ibid.* n. 55  
 An tunc deberet Fides explicita credi mundum non esse conditum ab æterno, sed in tempore. *ibid.* n. 57  
 An Fides Mediatoris venturi. *ibidem*, numero 58  
 In lege scripta fuit ex præcepto Fides aliorum etiam obiectorum. *ibid.* n. 59  
 Quorum obiectorum Fides explicita necessaria sit ex præcepto in lege Evangelica. *disp. 13. sect. 4. num. 60*  
 Enumerantur alia, quorum Fides vel notitia explicita fidelibus necessaria est. *d. 13. l. 5. n. 116. & seqq.*  
 Vtrum hæc obligatio Fidei explicitæ sit de iure diuino, vel humano. *disp. 13. sect. 6. num. 153*  
 An, & quomodo confessio externa Fidei sit actus Fidei. *d. 14. l. 1. n. 1*  
 An confessio Fidei sit actus elicitus, an solum imperatus à virtute Fidei. *ibid.* n. 14  
 Fidei confessio potest imperari ab alijs virtutibus præter Fidem. *ibid.* n. 15  
 An idem sit habitus in voluntate, qui imperat & vult assensum internum Fidei, & vult actum externum, seu Fidei confessionem. *ibid.* num. 17  
 Non omnia verba aut signa externa quibus significatur Fides interna sunt actus Fidei. *ibid.* num. 23  
 Quale sit præceptum non negandi exterius Fidem. *d. 14. sect. 2. n. 31*  
 Vnde probetur malitia negationis Fidei. *ibid.* n. 31. & 32  
 In materia Fidei non licet respondere verbis æquivocis, quæ ab interrogante accipiuntur pro negatione. *ibid.* num. 36  
 Quid dicendum sit de eo, qui interrogatus non negat Fidem, sed taceret, vel dicit se nolle respondere. *d. 14. l. 2. n. 37*  
 Non negat Fidem qui non compareret, quando publico edicto iubentur comparere omnes Christiani ad suam Fidem profitendam. *ibid.* numero 43  
 An sint penæ Ecclesiasticæ statutz pro mera negatione Fidei externa. *ibidem*, numero 44  
 An circa negationem externam Fidei in re parvi momenti possit dari peccatum veniale. *d. 14. sect. 3. n. 45*  
 Quale sit præceptum affirmativum confessionis Fidei. *d. 14. sect. 4. n. 52*  
 Quidam casus, in quibus dubitari potest, an qui non confitetur Fidem, peccet contra virtutem

OOO 2 tem

# Index Rerum.

- tem Fidei, an solum contra alias virtutes, ex quibus debebatur tunc Fidei confessio. *ibid.* n. 59. & seqq.
- Fidei occultatio, alia negatiua, alia affirmatiua, & quando vtraque illicita. d. 14. sect. 5. n. 69
- Habitus Fidei an sit in substantia animæ, vel in aliqua eius potentia. d. 15. l. 1. n. 1
- An in æstimatedu ponendus sit habitus materialis infusus Fidei. *ibid.* n. 12
- Habitus Fidei an sit speculatiuus, vel practicus. *ibid.* n. 16
- Habitus Fidei an sit virtus. *disput.* 15. sect. 2. num. 17
- Duplex Fidei habitus infusus. *ibid.*
- Fides an simpliciter dicenda virtus, & solum cum addito. *ibid.* n. 22
- Quæ sit causa efficiens habitus Fidei. *disput.* 16. sect. 1. n. 1
- Quæ dispositio requisita ad infusionem habitus Fidei. d. 16. sect. 2. n. 12
- Fides an infundatur aliquando ante gratiam. *ibid.*
- Fides an possit retineri, & conseruari sine charitate, & sanctitate. d. 16. sect. 3. n. 35
- An, & quomodo maneat Fides informis in peccatore. *ibid.* n. 45
- Qua ratione Fides in Peccatore dicitur mortua. *ibid.* n. 50
- An idem sit habitus Fidei formatæ, qui antea erat informis in Peccatore. *ibid.* n. 52
- An Fides informis sit virtus simpliciter. *ibid.* num. 60
- An Fides informis sit donum Dei, & fundamentum iustitiæ. *ibid.*
- Augmentum habitus Fidei. *disput.* 16. sect. 4. num. 61
- Fidei inæqualitas triplex. *ibidem*, numero 62. & seqq.
- An quando Fidei habitus infusus augetur intensiue, augmentum, seu intensio fiat physicè ab actibus. *ibid.* n. 69
- An quando habitus Fidei manet in peccatore augetur per actus fidei, qui non per modum causæ, sed vel meriti de congruo, vel dispositionis deseruiant ad illud augmentum comparandum. *ibid.* n. 78
- Habitus Fidei in homine iusto augetur per omnes actus, per quos augetur gratia. *ibid.* numero 79
- Verum in Angelis viatoribus fuerit Fides. d. 17. sect. 1. num. 1
- An Fides fuerit in primis parentibus. *ibid.* numero 6
- Verum in Dæmone, & animabus damnatis maneat Fides. d. 17. l. 2. n. 7
- An detur Fides in Beatis. *disput.* 17. sect. 3. numero 25
- Qualis sit oppositio Fidei cum beatitudine. *ibid.* num. 38
- Fides an maneat in animabus Purgatorij. *ibid.* num. 48
- Fidei habitus an remaneat in hæretico, vel infideli. d. 17. sect. 4. n. 50
- An ex infidelitatis peccato commissio ex ignorantia grauius culpabili oriatur habitus Fidei expulso. d. 17. l. 5. n. 80
- An Fidei habitum perdat, qui exponit se culpabiliter periculo morali infidelitatis, si tamen postea non perueniat ad dissensum internum contra Fidem. *ibid.* n. 82
- An perdat habitum Fidei, qui per conscientiam erroneam putat aliquem verum Fidei articulum esse contra Ecclesiæ sensum, & tamen illum credit. *ibid.* n. 83
- An perdat Fidei habitum, qui non negat Fidem, de eius tamen veritate dubitat. *ibidem*, numero 84
- An perdat Fidei habitum, qui non negatres Fidei, eis potius assentitur assensu solum opinatiuo. *ibid.* n. 96
- Qui nihil credit contra Fidem neque eius obiecta negat aut eis dissentit, non tamen credit actu positiuo, quando iam Fides obligat ad positiuè credendum, an perdat Fidei habitum, si antea illum habuerat. *ibidem*, numero 97
- An habitus Fidei expellatur solo peccato hæresis saltem internæ, an etiam aliis peccatis infidelitatis. *ibid.* n. 104
- An ablato habitu Fidei, auferatur habitus Theologiae. *ibid.* n. 110
- An maneat actus Fidei in eo, qui scienter negat alium Fidei articulum. *disput.* 17. sect. 6. numero 111
- An dissensus hæreticus circa vnum articulum, & assensus Fidei circa alium ita repugnent, vt nec de potentia Dei absoluta possint esse simul in eodem homine. *ibid.* n. 134
- Duplex Fidei desertio. *disput.* 18. sect. 4. numero 100
- Filius.*
- Filij Catholicorum an possint parentibus, vbi necessaria desunt ad familiæ sustentationem cum dominis hæreticis collocari. d. 14. sect. 5. num. 166
- An quando pater absens, & non comparens in contumaciam condemnatur, & eius status comburitur, eius Filij incurrant penas hæreticorum Filiis statutas. d. 25. l. 4. n. 49
- An Filij illius hæretici, qui ante mortem resipuit, & Catholicus obiit, comprehendantur eiusmodi penis. *ibid.* n. 51
- An Filij relapsorum. *ibid.* num. 52
- An si Filiis solis nota sit hæresis Patris, id satis sit, vt æstiment se penas incurrille. *ibid.* numero 55
- An Filij illius hæretici qui suspectus est de hæresi incurrant easdem penas. *ibid.*
- An eadem penas extendantur ad Filios receptorum, & fautorum, si tales esse, vel decessisse probetur. *ibid.* num. 56
- Filij denunciante Inquisitoribus proprios parentes, an sint immunes à penis. *ibid.* n. 57
- An prædictæ penas extendantur ad Filios etiam genitos ante hæresim parentum. *ibidem*, numero 58
- Fiscus.*
- An Fiscus debeat soluere creditoribus hæretici. *disput.* 24. sect. 1. n. 15
- An quæ hæreticus debet sub conditione nondum impleta tempore sententiæ teneatur Fiscus soluere impleta conditione post sententiam. *ibid.* num. 22
- Fuga.*
- Fuga fidelium in persecutione non est contra præceptum non negandi fidem. *disput.* 14. sect. 2. num. 41
- Fuga in quo casu sit illicita. *ibid.* num. 42

# Index Rerum.

